

abraham et ysaac et israel: ostēde hodie quod tu es deus israel et ego seruus tuus et iuxta preceptum tuum feci omnia verba hec. Exaudi me domine exaudi me ut discat populus iste: quia tu es dominus deus et tu conuersisti cor eorum iterum. Cecidit autem ignis domini et vorauit holocaustum et ligna et lapides: puluerem quoque et aquam que erat in aqueductu lambens. Quod cum vidisset omnis populus cecidit in faciem suam. et ait: Dominus ipse est deus dñs ipse est deus. Dixitque belias ad eos: Apprehēdite prophetas baal et ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprehendissent dixit eos belias ad torrentem cyson. et interfecit eos ibi. Et ait belias ad achab. Ascende comede et bibe. quia sonus multe pluuie est. Ascendit autem achab ut comederet et biberet belias autem ascendit in vertice carmeli et prius in terram posuit faciem suam inter genua sua et dixit ad puerum suum: Ascende et prospice contra mare. Qui cum ascendisset et contemplatus esset ait: Non est quietas. Et rursus ait illi: Reuertere septe vicibus. In septima autem vice ecce nubescula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Qui ait: Ascende et dic achab. Iunge currum tuum et descende. ne occupet te pluuia. Cumque se vertisset huc atque illuc ecce celi cōturbati sunt et nubes et ventus et facta est pluuia gradibus. Ascendens itaque achab abiit in iezabel. et manus domini facta est super beliam. accinctisque lumbis curuebat ante achab donec veniret in iezabel.

CXIX.

Menciauit autem achab iezabel omnia que fecerat belias et quomodo occidisset vniuersos prophetas baal gladio. Dixitque iezabel nuncium ad beliam dicens: Hec mihi faciunt dii et hec addant: nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animam

nius ex illis. Timuit ergo belias et fugens abiit quocumque eum ferebat voluntas. venitque in bethabee iuda. et dimisit ibi puerum suum et prexit in desertum viam vnius diei. Cumque venisset et sederet sub ter vnam iuniperum. petiuit anime sue ut moreretur. Et ait: Sufficit mihi domine tolle animam meam. Neque enim melior sum quam patres mei. Proiecitque se. et obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eum. et dixit illi. Surge comede. Resperit. et ecce ad caput suum subcineribus panis et vas aque. Comedit ergo et bibit et rursus obdormiuit. Reuersusque est angelus domini secundo. et tetigit eum. dixitque illi. Surge comede. Grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset. comedit et bibit. et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctibus usque ad montem dei oreb. Cumque venisset illuc. mansit in spelunca. Et ecce sermo domini ad eum: dixitque illi: Quid hic agis belia? Et ille respondit: Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum: quia dereliquerunt patrum domini filij israel. Altaria tua destruxerunt. et prophetas tuos occiderunt gladio et derelictus sum ego solus. et quod perierunt animam meam ut auferant eam. Et ait ei: Egredere et sta in monte coraz domino. Et ecce dominus transfijt. et spiritus grandis et fortis subuertens montes et conterens petras ante dominum. Non in spiritu dominus. Et post spiritum commorior. Non in commotione dominus. Et post commotionem ignis. Non in igne dominus. Et post ignem sibilus aere tenuis. Quod cum audisset belias operuit vulcum suum pallio. et egressus stetit in ostio spelunce. et ecce vox ad eum dicens: Quid hic agis belia? Et ille respondit. Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum quia dereliquerunt patrum tuum filij israel: Altaria tua des-